



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.1. Quale genus exemploru[m] huic tempori maximè conueniat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)



## CAPVT I.

QUALIBVS POT-  
TISSIMVM REMEDIIS,  
IN PVBLICIS MAXIMISQVE  
NECESSITATIBVS SIT

VTENDVM,

## EXEMPLO ITALORVM?

**Q**VI dentium dolore, alioque corpo-  
ris morbo laborant, diligenter so-  
lent inquirere, quibus alij simili  
moestia affecti remedijs sint vsi, & adiuti;  
vt in malo pari, paribus quoque adhibitjs  
medicinis, ad pristinam redeant sanita-  
tem. Dentium & mentium dolore, alijsque  
grauibus ac periculosis nos affligi malis, co-  
tamque nobiscum Germaniam, ne nescia-  
mus, pulsata monent tympana, & buccinae  
clangentes indicant; monent arma, quae in  
officinis cuduntur; vel aliunde empta to-  
ris plaustris in urbem hanc nostram inue-  
hantur; monent milites turmatim transfe-  
rentes; monent illi, qui cum frumento, cum

I.  
QUALB  
GENVS EX-  
EMPLO-  
RVM HVIC  
TEMPORI  
MAXIME  
CONVENT  
AT?

A

IUNIOR.

*Cap. I. Qua opera sint, tempore belli.*

umentis, cum supellectili sua vndique hæc  
è pagis & oppidis vicinis immigrant, &  
tamquam ad asylum quoddam confugiunt;  
ostendunt desertæ villæ, castella, mapalia;  
narrant noua non tantùm colloquijs, sed  
etiam litteris ad nos perlata: testata sunt  
tonitrua bellicorum tormentorum, quæ de  
vicino hoste atque nostro exercitu auribus  
nostris insonuerunt. In his tantis tamque  
diuturnis malis, nihil ego video aptiùs vti-  
liusque afferri in medium posse, quam ex-  
empla eiusmodi, in quibus videamus, non  
modò eadem, similiauè mala alijs accidisse,  
verùm etiam, qua industria, quibus auxi-  
lijs, aut artibus sint propulsata. Omnes e-  
nim, qui rebus aduersis agitantur, cupiunt  
ijs liberari: atque idcirco promptissimis  
studijs, & auidissimis auribus audiunt ea,  
quibus possint liberari.

II:  
AVTHO-  
RES, TEM-  
PVS, ET  
OCCASIO  
EXEMPLI:  
Abraham  
Bzou. to.  
13 Annal.  
Ecl. An-  
no Chris.

In hanc rem exemplum affero, certum,  
testatum, fide dignum, & à pluribus po-  
steritati traditum; præsertim ijs, qui res  
Italas memorauerunt. Mihi duos nomi-  
nare sufficit, quorum vnus Abrahamus Bzo-  
uius Polonus Ordinis Prædicatorum Reli-  
giosus, is, qui Annales Ecclesiasticos emi-  
nentissimi Cardinalis Baronij est profec-  
sus;

[us]